



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Matthaei Tympii Aureum Specvlvm Principvm,
Consiliariorvm Ivdicvm, Consvlvm, Senatorvm, Et Aliorvm
Magistratvum Cvm Ecclesiasticorum tum Politicorum
omnium**

Tympe, Matthäus

Coloniae Agrippinae, 1617

75 Prudenter hæreticos conuertere, & si fuerint refractarij dignis ipsos
pœnis mactare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52641)

10. **V**eteranus quidam cum vocatus in ius per-
clitaretur, adiit in publico *Cæsarem Augustum*,
rogans, ut sibi vellet adesse. *Cæsar* è comitatu suo
selectum illicò dedit, ei que litigatorem commi-
dauit. Hic miles vociferans: *At non ego Cæsari, ve-
niclit ante te Actiaco bello, vicarium quasi; et pro
te ipse pugnaui, simulque detexit cicatrices. Im-
buit Cæsar, atq; ipse descendit in aduocacionem,
veritus ne non modò superbus, verùm etiam in-
gratus videretur.*

Non reddere bona pro malis, malum est:
Reddere mala pro malis, peruersum est:
Reddere mala pro bonis, pessimum est:
Reddere bona pro bonis, æquum est:
Reddere bonum pro malis, optimum est.

SIGNVM LXXV.

*Haereticos
conuertere,
& punire.*

**PRVDENTER HAERETICOS ET
ignorantes conuertere, nec non eissem,
si sint refractarij ac turbidi,
pœnas inferre.**

1. **C**onstantinus Magnus militum, qui veni-
erroris tenaciores esset, arma Crucis in
bolo signauit, ut paulatim ad veri Dei cogniti-
onem & cultum hac ratione eos deduceret. *Actiaco
in vita.*
2. In *Go Regulus Venedorū*, (qui ad fontes Dro-
ui & Sauri habitant,) multos ex suis sacrae
ratione Christianos fecit. Conuiuium laetitia
struxit, & vilem plebeculam simul cum Equitibus

Ordinis Proceribus inuitavit, atque præ foribus
 nobiles recumbere iussit, pane duntaxat cibario
 & caruncula rancida pavit, vinumque fictilibus
 propinavit austerum. Sed agricolas, suæ mensæ
 adhibitos cœna lauta pavit, & vinum poculis
 aureis, & argenteis, & gemmatis proposuit. Cùm
 nobiles id indignè ferrent, ac in sui cõtumeliam
 fieri stomacharentur, respondit, se ideo rusticos
 ad mensam suam admisisse, quia essent sacro la-
 vacro abluti; illos verò nobiles foris reliquisse,
 quòd sordibus Ethnicis squalentes, hircum im-
 pietatis olerent, nauseamque sibi facerent. Illi
 ergo, cùm graue ducerent ab epulis sui domini
 removeri, certatim ad sacrum fontem propera-
 runt.

Derefractarijs hæreticis ait Tertull. (*adu.
 Gnost. c. 2.*) Ad officium hæreticos compelli, non
 illici, dignum est. Duritia vincenda est, non sua-
 denda hæresis. S. Augustinus *epist. 50. ad Bonif.* *Vide Thea-
 trum hist.* scribit: Melius quidem esse quis dubitauerit ad
 Deum colendum homines doctrina duci, quàm
 timore pœnæ, vel dolore compelli? Sed non, quia
 isti meliores sunt, ideo illi, qui tales non sunt,
 negligendi sunt. Multis enim profuit prius ti-
 more, vel dolore cogi, vt possint postea doce-
 ri, aut quod iam verbis didicerunt, opere se-
 curari.

L. Lipsius, *Dialogismo adu. Diodorum* ait: Dedit
 quidem Deus homini liberam voluntatem; sed
 nec bonam infructuosam, nec malam voluit esse
 impunitam. At & de negotijs ciuilibus, si quid
 statuitur, nemo putat esse violandum, & præcep-
 tum de Religione calcabitur? Quis autem finis, si
 semel carceres hos aperis ad innouandum? Nulla *Ambrosius
 ad Valent.*

in re libentius, aut periculosius homines iudicamus, ut est mens nostra vaga, & nouitate rerum lætissima. Assiduè audiendus fanaticus aliquis, aut simulator pietatis, qui mouebit *ῥαῖς ἀκίβητος*. Atqui apud omnes gentes exerciti isti, & puniti. *Græcos* vides? Reperies Socratem & Protagoram damnatos, Anaxagoram & Aristotelem accusatos, ob nouitatem in religione. Quin Atheniensium talis hic calor fuit, (Iosephi verba sunt, *lib. 2. contra Appionem*), ut eos, qui verbum modò effarentur, præter leges de Dijs receptas, sine vlla venia punirent. Abis ad *Romanos*? par eura, & seueritas. Quos, inquit *Liu. lib. 39.* patrum auorumque auctoritatem Magistratibus datum est, ut sacra emenda fieri vetarent? Et addit verissimam rationem, etsi in religione vanam: iudicabant enim prudentissimi viri omnis diuini humanique iuris, nihil æquè dissoluendæ religionis esse, quam si non patrio, sed externo ritu sacrificarent. Nec aliter secuti Romani fecere & Principes ipsi. Quid *Iudæi*? quorum Resp. & religio eorum controuersiam erat tum optima. Illi verò ita duri, ut nec cohabitationem admitterent cuiusquam à patria religione dissidentis. (*Ioseph. contra Appionem*.) Quod idem in Hispania decretum olim legi in Concilio VI. Toletano, ut quisquis succedentium temporum regni sortiretur apicem, non ante conscenderet regiam sedem, quam inter reliqua conditionum sacramenta polliceretur, nullum se non Catholicum promissurum in regno suo degere. Si verò, postquam ad regni gubernacula accessisset, humis se temerator existeret promissi, esset anathema.

Annus 638.

maranatha in cōspectu sempiterni Dei, & pabu-
 li efficeretur ignis æterni. Quin apud *Sineses* (ve- *d Cossain*
 tus & cōpositum valde regnū) etiā lex est: ne qua *epist. Ioh.*
 religio alia admittatur sine scito Regis, eiusque
 cōsiliij, qui aliter, capitale ei sit. Quæ vna res pro-
 gressum cursumq; ibi valde impedit nostræ reli-
 gionis. Quid in Ecclesia Christiana veteri? Licē-
 tia effusa nunquam fuit, quamprimū Principes
 & tutores illa habuit Christianos. *Consule libros*
11. Ioan. Lenfai de libertate Christiana.

Theodosij Lex in cōuictos hæreticos statuit de- *1. Pæna,*
 cōlibrariū auri pœnam. (in *C. Theod. tit. de hæret.*) *mu. 5a.*

Theodosij, Valentiniāni & Arcadij Lex fuit, qua *2. Priuatio*
 omnis denegatur hæreticis facultas militandi: *munerum,*
 quin imò extra vrbis mœnia arcentur. *Cedren. & honorū;*

Lex Iustiniāni (l. 4. C. de hæret.) vult gentiles, aut *est ignomi-*
 hæreticos nō tangere Remp. sed solos Christia- *nia telum.*
 nos Orthodoxos, datq; ijs ad conuersionem tres
 menses. *Constantinus Arium, & Arianos* de-
 portari exilio præcepit. *Constantinus Aëtium* pro-
 pter confessionem dissimilis substantiæ multa-
 uit exilio.

Moyfes in hoc genus seductores & pseudopro- *4. Mors.*
 phetas mortem decreuit, & exercuit. Et meritò: *Deut. 13. 17.*

nam si aliqui publicè ascendere cathedras, & è *18.*
 suggestu vitia docere, aut scholas aperire, libros *3 Reg. 10.*
 ue elere de patrandis facinoribus auderent, nisi *& 13.*

posset ordinaria potestas, extraordinaria esset ac-
 cersenda, & bello pestis ista ableganda, quæ alio-
 qui latissimè serperet. Cùm autem hæresis multo
 pestilentior cunctis flagitijs sit, hanc nisi solida
 Euangelij, ab ipsis Apostolis, vsque ad hæc tem-
 pora, interpretatio, ac veterum Patrum decreta
 & omnium Imperatorum ac Regum meliorum
 leges

leges compescere possint, quidni perniciosissimus hostis arceatur & cadat? *Possen. lib. 1. D. 11. lecta.* Leo Papa ait *epist. 93.* Merito patres nostri sub quorum temporibus hæresis nefanda protulit, per totum mundum instanter egere, ut impius furor ab vniuersa Ecclesia pelleretur. Quando etiam Principes mundi ita hanc sacrilegamentiam detestati sunt, ut auctores eius atrocisque discipulos legum publicarum ente postererent. Videbant enim omnem curam honestatis auferri, omnem coniugiorum copulam solui, simulque diuinum ius humanum que subverti, si huiusmodi hominibus vsquam viuere con tali professione licuisset. Et profuit diu ista distinctio Ecclesiastica lenitati, quæ Sacerdotibus contenta iudicio cruentas refugit ultiones, sed tamen Christianorum Principum Combustionibus adiuuatur, dum ad spirituale non tamquam recurrunt remedium, qui timuerint corporale supplicium.

Leu. 24. ait Deus: *Qui blasphemauerit nomen Domini, morte moriatur*: at hæreticus est blasphemus; ut Caluinus, qui Omnipotentia derogans, fieri vel à Deo posse negat, ut quod in cælo est Christi corpus in altari quoque fuerit efficacissima verba Christi Seruatoris enarra. Leo Pontifex *epist. 76* Anatholium Episcopum Constantinop. acriter reprehendit, quod patientiosa quadam patientia hæreticos toleraret, et admonet, ut à Principe poscat opem ad eos comprimendos: Illud, inquit, sanè plurimum mihi displicere significo, quod inter dilectionem Clericos quidam esse dicuntur, qui aduersariorum conuicant prauitati, & vasa iræ vasis

fericordiae misceantur. Quibus inuestigandis, & *Vide Spe-*
 feueritate congrua coercendis, debet diligentia *cul. Cleric.*
 tua vigilanter insistere, &c. Heli quondam Sa-
 cerdos filiorum suorum delicta tolerando, cum
 ipsis Diuinæ iustitiæ sententiam meruit experi-
 ri: quia segni indulgentia dissimulauit plerumque
 peccatores. Quantum itaque oportunitas inui-
 tat officij, religiosissimum Principem (Leonem
 Imp.) dilectio tua studeat frequentare, & non
 solum regiam, sed & sacerdotalem ipsius men-
 tem precibus meis obsecrare persiste, vt memor
 communis fidei, quam Spiritu sancto docente
 suscepimus, omnia hæreticorum machinamenta
 confringat, neque quidquã illis in Ecclesijs Chri-
 stilicere patiat, ne in eorum potestate sint Di-
 uina mysteria, quibus in domo Dei pro scelerum
 suorum magnitudine nec habitandi ius residet,
 nec orandi, &c. Intelligebat prudentiss. Ponti-
 fex, ait Ioan. Lensæus (*lib. de vnica Relig.*) has es-
 se pij Principis partes, Ecclesiæ Præfectis assiste-
 re, suaque autoritate & feueritate opitulari, ad
 repurgandas pernitiôsæ doctrinæ sordes, atque
 confringenda, vt ait D. Leo, machinamenta hæ-
 reticorum, vt & Ezechias & Iosias Sacerdotibus
 de Leuitis in veteri Testamêto potentia suæ præ-
 sidij ad idololatriam exterminandam adfue-
 runt.

Ethnici tantam suæ, quamuis falsæ, religionis
 turam habuerunt, vt vi & armis eam retinerent,
 & in innouatores, seu nouorum Numinum cul-
 tores, diris semper exemplis animaduernerunt.
 Sic *Driopes* ille Atheniensis legem tulit, qua ra-
 puale censebatur esse, de Deo non rectè sentire,
 siue de Religione nouos ritus adferre. (quod &
Iusti-

Iustinianus noster aduersus Manichæos scribit, lib. 10. & 12. C. de her. & Man.) Proinde *Arbentius* *Diagoram* Philosophum repulerunt, quia scribere ausus fuerat ignorare se, an Diessent, & si hinc quales sint. Ijdem *Socratem* damnauerunt, quod nouam religionem introducere videbatur. *Plat. lib. 1. c. 1.* Apud Romanos *Meccenas* scribit ad Augustum: Eos, qui in diuinis aliquid innovare, studio habe, & coëree, non Deorum solùm ciuitatis sed quædam noua Numina hi inuoluerunt, multos impellunt ad mutationem rerum, res coniurationes, seditiones, conciliabula exitum, res profectò minimè conducibiles Principum.

Sacerdotum est de doctrina iudicare, *Mal. Labia* fac. curare, definita vt semel à populis errantur; errantes reuocentur, docedo, corrigendo; qui sanari nequeunt, vt putrida membra à page corporis rescindantur. Et si nec isto modo perniciës arceatur, Catholici Principis opem implorare, vt ad cõmunis matris tutelam velint adiutor. Est enim, ait Doctor Ioan. à Chokier lib. 1. *Thesau. Pol. c. 5.* Præfectis quidem Ecclesiasticis spiritualis gladius, què in sceleratos, suisq; in sceleribus obfirmatos exerunt subinde, dũ ab Ecclesiæ visceribus & Cõmunione diuellunt, diuina protectionis nudatos præsidijs, in potestatem Sarra tradunt, quo tanti mali, in quo versantur, magnitudine percussi, tandè aliquãdo respiciunt. Verum cũ ea multorũ mentibus offusa sit caligo, vt aut mala, neq; pericula, nec videant, nec curentur. Inno, sola verò ea, quæ sensu percipiunt, peremittant, alium gladiũ, qui & videatur, & sentiantur, maiore adferat metũ, educi subinde necesse est propugnatoribus Ecclesiæ, quæ, tanquã pia &

dula mater, omnē dat operā, vt profugientes à se filios, aut à suis auulsos vberibus, in gremiū suū redire cōpellat, modò per Ecclesię Præsules Excomunicationis virga feriendo, modò per Reges & Principes, vbi priorē illā seueritatē contempserint, etiā exilij vel mortis interminatione terrendo. Nō quemadmodū is, qui pestē patrię, qui ciuitū perniciē nefariē molitur, nō vt perditus ciuis, sed vt hostis importunissimus infestissimūsq; tractādus est: ita illū, qui nō iā Christianorū mores Christianę disciplinę leges ac poenas pertimescit, sed vt hostis omni ratione impugnat, omni arrogātia contemnit, nō vt perditū Christianum Excommunicationis gladio coerceri, sed vt profanum & impium Dei atque Ecclesię hostem fauororum supplicijs affici par est.

1. Sic *Clodoueus Francorū Rex* simulatq; Baptismatis Sacramento initiatus, & Rex consecratus fuit, declarauit subditis, ferre se nō posse, vt Gallię partem VVisigothi Arriani liberē possiderent. Bello itaque aduersus eos suscepto, prælijs secundis vsus, Gallię finibus expulit.

2. *Theodosius Iunior* Cōcilij Ephesini auctoritate damnatum Nestorium, pulsum ex Oriente, exilio relegauit apud Oasim, vbi tabefactis omnibus eius membris, maximeque lingua consumpta, diuina manu percussus interiit.

3. *Valentinianus Imp.* præter exilium, capitalem etiam animaduersionem promulgauit cōtra *Macharios*. a Rectē ergo S. Aug. ait, *b Ad fidem qui- dem nullus est cogēdus inuitus, sed per seueritatem, nich. b lib. 2. con- gellus solet perfidia castigari (eorum, qui Baptismi traliti. Pe- aquis tincti, fidem semel receperunt.) Nunquid til. Rom. 7. quia cap. 82.*

quia mores optimi libertate voluntatū eliguntur, ideo mores pessimi non legis integritate puniuntur? sed tamen malè viuendi vltix disciplinae pro-
 pterea est, nisi cum procedens bene viuendi con-
 temnitur. Si qua igitur aduersus vos leges cōtra-
 te sunt, nō eis benefacere cogimini, sed male facere
 prohibimini. Et epist. 50. Tom. 2. Vbi est, quod illi
 clamare consueuerunt, liberum est credere, vel non
 credere, cui vim Christus imulit? quem cogitatio-
 ce habent Paulum Apostolum, agnoscant in eorum
 cogentem Christum, & postea docentem: primum
 ridentem, & postea consolantem. Mirum est autem,
 quomodo ille, qui pœna corporis ad Euangelium
 actus intrauit, plus illis omnibus, qui solo veritate
 cōtati sunt, in Euangelio laborauit.

Idem Augustinus lib. 1. contra epist. Gaude-
 e. 34. Tom. 7. ait: *Quamdiu vos non tenuerit Ec-
 clesiam, quam prænuntiauerunt piscatores, Ap-
 plantauerunt; tamdiu Reges, qui eam tenent,
 etissimè ad suam curam iudicant pertinere, et
 aduersus eam rebelletis impunè.* Et Tract. 2.
 Ioan. Tom. 9. *Quomodo Potestates Christus
 redderent rationem de imperio suo Deo, nisi
 mouerentur aduersus detestandos dispersos in
 ecclesia. Pertinet hoc ad Reges seculi Christiani
 temporibus suis pacatam velint matrem suam
 ecclesiam, vnde spiritualiter nati sunt.*

4. Afferunt nonnulli Ludouicum Imp. 50. anno
 Purgatorij pœnas sustinuisse, propterea quod
 satis viriliter heresi Nicolaitarum restitisset.
 Tom. 10. Anno Christi 784.

§. Et si Leo Imp. omni prorsus careret hæreticæ præuinitatis contigio, tamen quia nõ cavit hæreticos, & indulgentius cum ipsis egit, dum Basiliico, Verinæ coniugis germano pepercit, & Zenonem, haud probè de religione Catholica sentientem, generum sibi, & administratorem Imperij cooptauit, minus meruit à posteris laudari, præsertim cum eiusmodi hominũ cõtubernio Rom. propemodum perdidit Imperium. *Baron. Tom. 6. Anno Christi 474.* Rectè ergo pij Magistratus, ne libros quidem hæreticos asseruant, etsi eos legèdi potestatem à Sede Apostolica obtinuerunt. Cogitant enim se, cum ex hac vita decedendum est, nulli, nisi eadem potestate instructus sit, legare posse tale patrimonium, vnde aliquo inficiatur errore, atque ita vterque hæreditatem amittant æternam.

§. *Diocletianus & Maximianus Imperatores ad Manichæos compescendos ac penitus submouendos dedere Rescriptum ad Proconsulem Africæ, quod est in Codice Gregoriano tit. de Maleficis & Manichæis lib. 7. atque ita concluditur: Aubeat auctores ac principes vna cum abominandis scripturis eorum, seueriori pœna subijci, ita vt flammis ignibus exurantur; consecratos vero, & eosq; adeo contentiosos capite puniri præcipimus, & eorum bona Fisco nostro vindicari sancimus. Si quis sane etiam honorati, aut cuiuslibet dignitatis, vel maioris personæ, ad hanc inauditam, & turpem, atque per omnia infamem sectam, vel ad doctrinam Perfarum se transtulerunt, eorum patrimonia Fisco nostro associari facies, ipsosq; forensibus, vel Proconesibus, (al. froenensibus) metallis dari. Ut igitur scriptus amputari mala & nequitia de seculo nostro*

Hb

stro

stro beatissimo possint, deuotio tua iussis ac statutis tranquillitatis rostra maturius obsecundare. *Baro Tom. 2. Anno Christi 287.*

7. *Constantinus Magnus* in Concilio Arelantino libenter tulit Fasces Proconsulium, & Magistratum, ipsosq; Prouinciarum Rectores Christianos subijci ciuitatum Episcopis, imò ipsos Rectores esse par est credere, vt sanctissimi illi tres eiusmodi de Prouinciarum Praesidibus Sententia promulgarét: *De Praesidibus, qui fideles ad Praesidatum impetu prosiliunt, ita placuit, vt contra moti fuerint, litteras accipiant Ecclesiasticas communicatorias, ita tamē, vt in quibuscunq; locis serint, ab Episcopo eiusdem loci cura de illis agatur, vt cum ceperint contra disciplinam publicam agere, tunc demum à communionem excludantur. Similiterq; & de ijs fiat, qui Remp. agere volunt. Ita lege, in tam celebri Episcoporum conuentu, presente, rogante, (vt par est credere,) atq; auctoritate Imperatore sancita, Schismatici atque heretici Praefecturis ceterisque Magistratibus excludendi penitus forent.*

Baronius
Tō 3. Anno
Christi 314.
Euseb. in
uita Const.
lib. 1. c. 37.
38.
Conc. Arel.
cap. 7.

Baro Tom.
3 Anno
Christi 325.

Idem non Arium solum multauit exilio, sed Sozom. *lib. 1. c. 20.* verum etiam Episcopis omnibus & populis Edictum scriptum misit, vt illum, tum eius opinionis fauores impudenter ducerent: & si qui liber reperiretur ab eis scriptus, vt in ignem conijceretur: quod si aliquem librum eius occultare deprehenderetur, ac non ilico in publicum productum accederet, vt capitis multaretur supplicio. Quia etiam epistolas ad ciuitates singulas scriptas misit, quibus Arium, eiusq; fauores damnandos in Edicto, quod extat apud Socrat. *lib. 1. cap. 6. et*

Quemadmodum Porphyrius, capitalis pietatis hostis, qui nefarios libros contra religionem Christianam nuper edebat, mercedem dignam laboribus recepit, & eiusmodi quidem, ut apud posteriora secula non ipse solum maximis probis vexatus fuerit, & turpissima infamiae labe operis; verum etiam impia eius scripta delœta & extincta. Sic etiam visum est, Arium, & eius sectatores, Porphyrianos nuncupare, ut quorum sequuti sint mores, eorum etiam nomen habeant. Quin etiam, si quod opus ab Ario scriptum reperitur, illud cremandum esse, uti non modo execrabilis eius doctrina funditus tollatur, sed etiam nullum monumentum eiusdem omnino relinquatur ad posteritatem. Illud etiam mandamus, ut si quis librum ab Ario compositum occultasse deprehensus sit, & eum non statim in medium adductum igne combusserit, morte mulctetur: nam mox ut comprehensus fuerit, plectatur capite, &c. Huius Constantini sanctionis meminit Theodosius Iunior in Edicto, quod promulgavit aduersus Nestorium, l. vlt. de her. Cod. Theodof.

Inuidiosum
ea etate no-
men, & ig-
nominio-
sum.

Idem Anno Christi 326. quos obstinatos in Schismate Meletianos esse cognosceret, & hæreticos post Nicenam Concilium in hæresi permanere, eos primum, quos humanitas atque benignitas non curasset, priuilegijs reliquis Christianæ legis cultoribus concessis, hæc edita sanctione priuauit, & alijs oneribus obligauit: (l. i. de hæret. Cod. Theod. & Iustin. eod. tit.) Priuilegia, quæ contemplatione religionis indulta sunt, Catholicæ tantum legis obseruatoribus prodesse oportet. Hæreticos autem atque Schismaticos non tantum ab his

Hh 2

priuilegijs

*privilegijs alienos esse volumus, sed etiam diuini
muneribus constringi, & subijci.*

Euseb. vit.

Const. lib. 3.

c. 61. 62.

Baron An-

no Christi

326.

Idem in alio Edicto aduersus hæreticos inter
cetera ait: Cognoscite, quibus mendacis vestra
doctrinæ inanitas implicata teneatur, & conu-
nus pestiferis quibusdam venenis vestra
inficiatur disciplina, vt per eam integri & va-
tes ad morbum, viui autem ad sempiternum
teritum abstrahantur. O veritatis inimici, hæ-
vite, internectionis auctores, & consiliarij, quos
apud vos veritati contraria, turpibus confes-
tia maleficijs, ineptijs, & cōmentijs fabulæ
ulstantia, quibus certè mēdacia struitis, pre-
infantes, fidelibus veritatis lucem denegati-
falsa visione, & specie pietatis semper delin-
tes, omnia contagione vestra contaminatis, con-
scientias integras & labe vacuas lethalibus
gis vulneratis, ipsum diem (penè dixerim) ho-
num oculis adimitis. Et: Patiemurne euulsi-
malorum contagionem longius serpere, præ-
tim cū longa dilatio faciat, vt sani ac valen-
ea tanquam pestifero morbo inficiantur? Cur-
tur non cum maxima celeritate eiusmodi pro-
tatis, vt ita dicam, radices animaduertenti
pœna publica amputamus? atque quò illa ve-
pestis pernicies longius grassari impediatur,
hanc legem mandamus, ne quis vestrum publico
conuentus cogere audeat. Et propterea etiam
bemus, vt vniuersæ ædes vestre, in quibus
gressus illos celebrare cōsueuistis, penitus
tantur. Et hæc cautio eò vim suam porriget,
non modò nō in publicis, sed ne in priuatis
dem ædificijs, aut in locis vllis separatis
vestre superstitiôsæ amentie factiones cogantur.

Et Mandauimus, vt omnia superstitionis vestrae
 loca, in quibus conuenire solebatis, omnia dico
 haereticorum templa (si modò templa appellare
 conuenit) sine recusatone aut controuersia di-
 ruantur, & diruta absq; mora Catholica tradan-
 tur Ecclesiae; reliqua loca publica Reip. vsui ad-
 dicantur, ne vlla in posterum vobis conuentus
 celebrandi relinquatur facultas, &c. *Sozomenus*
ad d. lib. 2. cap. 30. Hac lege promulgata istarum
 sectarum memoria magna ex parte deleta est. Et
 hac lege sancita, haeretici propter Episcopos &
 Clericos, qui eos assiduo obseruabant, facultate
 minimè habuerunt, vel palàm, vel in occulto co-
 nuentus peragendi. Qua de caussa complures eor-
 um admodum perterriti, se Ecclesiae Catholicae
 addixerunt, &c.

Ad *Iouis animum* cum summa militum volunta-
 te, in suprema rerum difficultate, hostibus à ter-
 go, à fronte insultantibus, post Iuliani Apostatae
 eadem, Imperium fuisset delatum, praecise nega-
 uit se, qui Christianus esset religione, non Chri-
 stianis imperare posse: *Non possum, inquit, teste*
Theod. lib. 4. cap. 1. cum sim Christianus, eiusmodi
hominibus imperare, neq; regere Iuliani exercitū,
qui tam pestifera doctrina praeceptis imbutus sit.
Nam qui sunt ita inficcati, hi diuina desituti pro-
uidètia, tum ab hostibus facile expugnari, tum eis
dem materiam ad letitiam praebere solent. Quibus
 verbis audicis, milites conclamare vno ore, ac
 dicere: *Ne animus tibi, & Imperator, vlla astuet du-*
bitatione, neq; nostri imperium, tanquam improbu-
leuit es: nam & Christianis hominibus, & discipuli-
na vera pietatis educatis imperabis. Siquidem qui
 sunt inter nos etate prouectiore, hi à Constantino e-

Vox im-
mortali lau-
de, ipsoq; ne
Orbis Im-
perio dignif-
sima.
Baron. 4n.
no Christi
miraculo
electus
Imp. recu-
sa impera-
re genti-
bus.

Hh 3 ruditi



ruditi erant, qui autem adolescentiores, illi præceptis Constantij inscriuebantur. Tempus certe temporis Iuliani, qui iam morte occubuit, ut per exiguum non satis ad erroris perniciem in animis eorum, eadē infecti erant, altius insigendam fuit. His persuasus Iouianus, ipsis dantibus, accepit hanc Imperij Addit Sozom. lib. 6. c. 3. detrectasse legum exercitui assentire, quousque milites se Christianos esse clamassent. Idem affirmat Sozom. lib. 3. c. 19. & ante hos omnes Ruff. lib. 2. c. 11.

9. Gratianus Imp. sanctionem promulgavit, hæreticorum omnium ora blasphema coarctavit, ad Hesperium Præfectum Prætorio, ita scribens: *Omnes vetite legibus & diuinis & imperialis libus hæreses perpetuò conquiescant, &c.* In Codice Iustiniano additur: *Hæreticorum autem verbulo continentur, & latis aduersus eos sanctionibus succumbere debent, qui vel leui argumento a iudicio Catholice religionis & tramite detecti fuerint de iure. l. 5. de hæ. C. Theod. & eod. tit. Cod. Justin. l. 2. Baron. Anno Christi 379. Tom. 4.*

10. Theodosius senior, Deo omnia accepta ferens Imperium atque vitā, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereri. Hinc S. Augustinus, de Ciui. Dei lib. 5. c. 26. de eo ait: *Ex ipso Imperij sui non quietuit iustissimæ & misericordissimæ legibus aduersus impios laborantem Ecclesiæ subuenire, quam Valens hæreticus, inter Arianos vehementer afflixerat, cuius Ecclesiæ membrū esse magis, quam in terris regnare poterat.* Extat in Cod. Theod. l. 2. de fide Catholice aurea Sanctio ipsius: *Sanctos populos, quos ob mentis nostræ regit temperamentum, in caliginis lumine religione versari, quam diuinum*

Apostolum tradidisse Romanis, religio vsq; nunc ab ipso insinuata declarat, quamq; Pontificē Damasū sequi claret, & Petrū Alexandrię Episcopū, Virū Apostolicę sanctitatis. Hanc legē sequentes Christianorū Catholicorū nomen iubemus amplecti; reliquos verò demētes vesanosq; iudicantes, hæretici dogmatis infamiā sustinere, nec cōcillabula eorū Ecclesiarū nomē accipere, diuinā primū vindicta, post etiam motus nostri, quem cælesti arbitrio sumpserimus, ultione plebēndos. *Baron. Anno Christi 380.*

Anno Christi 381. edidit *Theodosius Imp.* cum alijs *Imp. Gratiano & Valentiano* aduersus hæreticos Sanctionem, in qua inter cætera hæc sunt verba: *l. 6. de her. C. Theod.* Nullus hæreticis mysteriorū locus, nulla ad exercendā animi obstinatiois dementia pateat occasio: arceantur cunctorum hæreticorum ab illicitis congregationibus turbæ. ac si quid erectio factiosa tentauerit, ab ipsis etiam vrbium moenibus, exterminato furore, propelli iubemus, &c.

Idem Anno Christi 381. Edicto vetuit, ab hæreticis (qui iā expulsi ab Ecclesijs erant, vetitiq; Synaxes agere) fabricari Ecclesias intra vel extra vrbes, in quo addidit: (*l. 8. de her. C. Theod.*) Omnia loca fiscalia statim fiant, quæ sacrilegi huius dogmatis, vel sedē receperint, vel ministros. Eodē Anno hæreticos infamiā notatos, intestabiles reddidit, & ne quid caperēt ex Testamēto prohibuit: (*l. 7. de her. C. Theod.*) & hæc rescriptit aduersus Apostatas: *His, qui ex Christianis pagani facti sunt, eripatur facultas iusq; testandi.* *

* l. 1. de
Anno Christi 382. *Imp. Gratianus, Valentinianus, Apost. C. Theod.* aduersus Manichęos, elædeftinos cō-

uentus agentes, ediderunt sanctionem, qua cum pluribus illos poenis afficiant, eosdem iubent inquiri, omniq[ue] sollicitudine peruestigari. (*1. 4. her. Cod. Theod.*)

Anno Christi 383. cum Theodosius Imp. Constantinopoli Concilium congregasset, ut hereticos omnes sub vna fide connecteret, eos ad se vocatos, ut beneficentia prouocaret, officijs sibi deuincire conatus est: cumq[ue] indulgentius, quam par erat, cum ijs agere videretur, Orthodoxi non nihil commouit animos: veriti enim, ut Imperator illorum circumuentus astutia, princeps abduceretur in heresim, Quamobrem S. Amphilocheus, Iconij Episcopus, cum factis, tum verbis redarguit Imperatorem. Nam cum intra Palatium, ait *Theodgr. lib. 5. c. 16.* esset, iuxta retq[ue] astantem Imperatori filium Arcadium, qui nuper Imperator creatus fuerat, ipsum Imperatorem Theodosium salutauit quidem, sed illum sine honore dimisit. Imperator autem iussit Amphilocheum oblitum officij, iubet ad illum accedere, eumq[ue] osculari. At Amphilocheus respondit, satis esse, quod ei honorem habuerit. Itaque Theodosius rem acerbe & graniter ferre probrum filio obiectum, iniuria loco sibi prolatae numerauit. Tum sapientissimus Amphilocheus, declarans Imperatori, quod animo iurebat, contenta voce: *Vides, inquit, Imperator, quam agre ignominiam filij tui patiare, immo et illis, qui in eum insultant, vehementer succensere. Credas igitur mihi velim, huius vniuersitatis vultum rem Deum, eos, qui contra Filium suum vniuersum loquuntur blasphemias, itidem detestari, & tamquam ingratos erga Saluatorem & Patronum*

ad hoc profecti. Cuius institutum cum hoc pacto intellexisset Imp. facta eius dictaque simul admiratus, legem protinus conscripsit, quæ vetabat conuentus ab hæreticis agi, &c.

Aduersus hæreticos, qui in Synodo Constanti-nopolitana non resipuerant, hæc edixit: *l. 2. de A-poff. Cod. Theod.* Omnes omnino, quoscunque di-versarum hæresum error exagitat, nullis circulis coeant, nullam colligant multitudinem, nullum ad se populum trahant, nec ad imaginem Eccle-siarum priuatos parietes ostendant: nihil vel pub-licè, vel priuatim, quod Catholicæ sanctitati of-ficere possit, exerceant, &c.

Aduersus omnem hæresin hæc: (*l. 12. de her. Cod. Theod.*) Neque publicis, neque priuatis ad-itionibus intra urbium, atque agrorum, ac villa-rum loca, aut colligendarum congregationum, aut constituendarum Ecclesiarum copiam præsu-mat, nec celebritatem perfidiæ suæ, vel solemnita-tem diræ communionis exerceat, neque vllas creandorum sacerdotum vsurpet atque habeat ordinationes. Eædem quoque domus, seu in urbi-bus, seu in agris, in quibus passim turbæ professio-rum ac ministrorum talium colligetur, Fisci no-stri dominio iurique subdantur; ita ut hi, qui vel doctrinam, vel mysteria conuentionum talium exercere consueuerunt, perquisiti, ab omnibus urbibus, ac locis, propositæ legis vigore constri-cti, expellantur à cœtibus, &c.

Idem hæreticos sæpe damnatos, sæpeque ex Oriente pulsos, iterum reuertentes, seque fide-lium cœtibus in ciuitatibus insinuantes, Anno Christi 384. recenti lege proscripsit: (*l. 13. de her. Cod. Theod.*)

S. Ambro-sius epist. 30 De ne-gotijs civili-bus si quid stas uisur, nemo putat esse teme-randum, & de religione caleatur?

Anno Christi 388. in expeditione aduersus Maximū Tyrannū scripsit cōtra hæreticos: (l. 14. de har. Cod. Theod.) Hæresum sectatores ab omnibus locis iubemus inhiberi, à mœnibus vrbiū, à congressu honestorū, à Cōmunione Sanctorū: inuoluendū Clericorū non habeant potestatem congregandarū congregationū, vel in publicis, vel in priuatis Ecclesijs careāt facultate: nulla ipsorum Episcoporū præbeatur auctoritas: quæque Episcopi nomine destituti appellatiōe huius dignitatis amittant: adeant loca, quæ honestissimū quasi vallo quodammodo ab hãmunicione secludant. His etiam illud ne cōmuni illis omnibus adeundi atq; interpellandi Seruitutem nostram aditus denegetur, & c. ad eccē alias in eodem prociuctu aduersus hæreticos cōditiones: atq; ita constrauit viam ad futuram victoriā, dum primū expugnauit impietate, deinde sectatores legibus exagitans, manu altera aduersus hæreticos pugnavit, altera Maximum debellauit.

l. 15. de her.

C. Theod.

l. 16. de her.

C. Theod.

l. 20. de her.

rec. C.

Theod.

Anno Christi 391. quod cuperet Orientalem Ecclesiam ab omni hæreticorum labe purgari prorsus reddi, eiusmodi edidit Sanctionem: hæreticorum polluta contagia pelli vrbiū mœnibus, proturbari, ac nullis penitus iubemus patet conuentibus, ne quoquam sacrilega cohortilium hominum colligatur. Nulla eorum peruersitati vel publica conuenticula, vel latiora eribus secreta tribuantur.

l. 21. de her.

C. Theod.

Anno Christi 392. aduersus hæreticos inscripsit: In hæreticis erroribus quoscunq; constitit vel ordinasse Clericos, vel suscepisse officium Clericorum, denis libris auri variis

multandos esse censemus: locum, in quo veritas
tentantur, si conuientia domini patuerit, Fisci
nostri iuribus aggregari. Quòd si id possessorem
ignorasse constiterit, conductorem eius fundi, si
ingenuus est, decem auri libras Fisco nostro in-
ferre præcipimus; si seruili facie descendens, pau-
peritate sui poenam damni ac vilitate contemnit,
causis fustibus, deportatione damnabitur. Tum
illud specialiter præcauemus, vt si villa Domini-
ca fuerit, seu cuiuslibet publici iuris, & condu-
ctor & procurator licentiam dederit colligendi,
denis libris auri, proposita condemnatione
multetur. Verùm si quos talibus repertos ob-
secundare mysterijs, ac sibi vsurpare nomina
Clericorum, iam nunc proditum fuerit, denas
libras auri exigi singulos & inferre præcipi-
mus. Vide *Augustin. epist. 50. 68. & aduersus Cres-
cent. lib. 3. c. 47.*

Anno Christi 394. in ipso procinctu aduersus
Eugenium Tyrannum, Occidentale Imperium
occupantem, nouis Edictis Christi hostes inse-
cubatur hereticos, hæc rescribens: *l. 22. de her.*
C. Theod. Hæretici neque Episcopi faciendi po-
testatem, neque Episcoporum confirmationes
licitas habeant. Et: Nec Antistites eorundem au-
deant fidem insinuare, quam non habent, & mi-
nistros creare, quod non sunt, &c.

ii. *Arcadius Imp.* ipso ingressu in Imperium,
Anno Christi 395. patris Theodosij maximè pijs
insistens vestigijs, nihil antiquius habuit, quam
Christianam religionem, ipsamq; fidem Catho-
licam sartam testam seruare, atq; legibus com-
munire. Ad Ruffinum Præfectum Prætorio ista
rescri-
Edictis.

Pluribus
heretici
exagitantur

rescripsit: (l. 26. de har. C. Theod.) Omnes penas
 cuncta supplicia, quæ Sanctionis diuæ recon-
 tionis genitoris nostri aduersus hæreticorum
 sunt pertinaces spiritus constituta, nostro etiam
 decreto reparantes, decernimus: quidquid euan-
 his est contra meritum delinquentium, spe cor-
 rectionis, speciali quadam sanctione conce-
 id irritum esse, &c. Et: Ne quis hæreticorum,
 quos iam leges innumeræ diui nostri genitoris
 continent, audeat coetus illicitos congregare,
 profanaque mente Omnipotentis Dei cooran-
 nare mysterium, nec publicè, nec priuatim, ne
 in secreto, nec palàm. Nemo audeat Episcopi
 nomen adsciscere, vel Ecclesiasticum Ordinem
 eorumque sanctissima nomina pollutis verbis
 usurpare. Et ad Aurelianum Proconsulem A-
 (l. 28. de hæret. C. Theod.) Hæreticorum vocabula
 continentur, & latis aduersus eos Sanctionibus
 debent succumbere, qui vel leui argumento ad
 dicio Catholicæ religionis & tramite decesserint
 fuerint deuiare.

Idem inquisitionem, aduersus callidè se occu-
 tantes hæreticos, habendam esse præcepit, illa
 scribens ad Marcellum Magistrum Officiorum
 (29. l. de har. C. Theod.) Sublimitatem tuam in-
 stigare præcipimus, an aliqui hæreticorum vel in
 scrinijs, vel inter Agentes in rebus, vel inter
 Latinos, cum legum nostrarum iniuria audeant
 militare, quibus, exemplo diui patris nostri, po-
 nibus & à nobis negata est militandi facultas.
 Quoscumque autem deprehenderit culpæ eius
 fines, cum ipsis, quibus & in legum nostrarum
 & in religionum excidium conuentiam præ-
 stiterant, non solum militia exui; verum etiam

extra moenia vrbs iubeas arceri.

Anno Christi 396. aduersus hæreticos rescriptum: (l. 30. de her. C. Theod.) cuncti hæretici proculdubio nouerint omnia sibi loca huius vrbs adimenda esse, &c. Omnes Clerici hæreticorum ex sacratissima vrbe pellantur, neq; his finibus liceat conuenire, &c.

11. Anno Christi 398. ab Honorio Imp. (l. 34. de her. C. Theod.) lex edita est, quæ etiam aduersus hæreticos domi recipientes capitale supplicium irrogauit: in fine eius legis dicitur: Codices eorum, scelerum omnium doctrinam & materia continentes, summa sagacitate mox quæri ac prodici, exerta auctoritate mandamus, sub aspectu iudicantium incendio mox cremandos. Ex quibus si quis fortè aliquid qualibet occasione vel fraude occultasse, nec prodidisse conuincitur, sciat se velut noxiorum codicum & maleficiorum crimine conscriptorum reitentatorem capite esse plectendum. Baron. Tom. 5. pag. 69.

Ioannes Chrysostomus Episcopus Constantinopolitanus hand potuit quiescere quo ad usque Ariani hæretici Imp. Arcadij mandato ab vrbe penitus pellerentur. Quod hac ratione consecutus est: opportunum enim ipse tempus nactus, Anno Christi 400. quando Imperator venit ad sacrum, fusto eum ad id vocante, (erat enim dies Epiphanioum) cum sic ipsum compellauit his verbis: Dic mihi, o Imperator, si quis huic pulchra & pretiosa (ostendens coronam, quam habebat in capite) quosdam abiectos & obscuros lapidos inseruisset, videretur hoc tibi esse tolerandum, & non, tanquam vniuersa per illos afficeretur contumelia, egre tulisses? Cum is autem veritatis sermoni an-

Metaphr. in
vita Chry-
sost. &
Chrysost.
Tom. 1.

nuiffet: Quid verò, inquit, non existimas vniuersam
Regem irasci, si in pia ciuitate, quæ omnino recte se
habet, pars, quæ male sentit, sinatur habitare: cum
oporteat vel ab illis exigere, vt conuertantur, vel si
perseuerant, protinus expellere? Hæc cum audisset
Imp. nõ distulit, nec est cunctatus; sed primo securo
statim accersijt, & ex eis scire voluit, num in
mũ inducerent, à fugiẽda desistere opinione, mi-
natus exiliũ, & bonorum suorũ priuationem, qui
non parerent. Cum autẽ vidisset eos esse in-
medicabiles, minas deduxit ad effectum, & iussit
eos expelli à ciuitate. Hoc effecit, vt nonnulli ter-
rorem dediscentes, se rectã adiungerent opinio-
ni. Addit ad hæc M. Diaconus, (in Act. S. Pappij
Episcopi Gazensis.)

Imperatorem, cùm intellexisset complures
suorum, vel in aula militantium, vel in agri-
bus fungentium, esse hæreticos; sed extrinsecus
speciem præ se tulisse Catholicorum, eosdem
Magistratibus pullos, pecuniaq; multatos pos-
tẽus reiecidisse.

Anno Christi 405. Imp. Honorius diuersas leges
contra hæreticos tulit, (quas citat Baronius, Tom.
5. pag. 230. idẽ oq; Deus magna ipsi anno sequenti
contulit beneficia. Quantũ autẽ emolumentum Ca-
tholicæ vnitati istarũ seueritas legũ attulerit, po-
tet ex Augustino, epist. 18. ad Vincentiũ, vbi pluri-
bus disputat bene consuli Schismaticis & hære-
ticis, si legũ seueritate (vt phrenetici vinculis) ad
Catholicã Ecclesiam redire cõpellantur. * Anno
Christi 1407. nouo Edicto hæreticos exaginat, et
crimẽ hæresis Maiestatis delictum censet: idẽq;
nouis à Deo ornatur beneficijs. Consule Theolo-
giã luridicã Tieckleri, & Bellarm. disp. de heretico
816.

* Vide eundẽ
dem epist.
50. ad Bo-
nifacium,
& Baron.
Tom. 5.
pag. mihi
231.